

**www.e-rara.ch**

## **Systema philosophiae universae**

**Hespelin, Oswald**

**Weingarten, 1762**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: RRI 221,11

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-35220>

Systema philosophiae universae.

---

### **www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



# Systema Philosophiæ Univerſæ.

§. 1.



Uoniam aliquando in animum mihi induxi, ſenſus meos de ſtudio Philoſophiæ publicæ lucis facere, viamque edocere, quomodo intra biennium ſolium, quamvis tempus ſat modicum, univerſæ hujus ſcientiæ principia Auditoribus prælegi & explicari valeant, ab eo exordium ſumendum conſtitui, an ex calamo dictanda Magiſtro ſint, an vero ex Auctore prælegenda. Eo jam invaluit mos, ut ultra duos annos haut prorogaretur ſcientiæ Philoſophicæ ſtudium; quin tamen negligi velint ii, quibus aliquando proderit Philoſophiæ ſtudiſſe. Modus igitur is optimus cenſeri debet, qui temporis compendium admittit, & in commodum Magiſtri æque ac diſcipulorum utilitatem cedit.

An Philoſophia calamo dictanda, an ex Auctore prælegenda.

§. 2. Norunt omnes, tres aut binos minimum horæ quadrantibus in qualibet prælectione inſumi debere ſcribendo, quin ultra ſeſqui horam unquam prolongetur, quod ſtudioſorum inſtitutioni conceditur, tempus. Computum jam ſi totius anni ineamus, ſi primæ demantur hebdomades, quæ nuda ſcriptione inſumuntur, ſi detrahantur lectiones, quas vocant, breves, ſi dies feſti & recreationum, facile conficitur, dimidium, & quod ſuperat, anni Scholaſtici mere ſcribendo perire; ut adeo certum ſit, prælectione ſummum obtineri temporis compendium.

A

§. 3.



§. 3. Commodum Magistri, quod adinet, id semper esse maximum, vel propria didicimus experientia. Quantus is labor est, tantam conscribere doctrinæ molem? quam arduum tanta pulmonum distentione eam semel & bis ore proferre, quo melius calamo excipiant, Auditores, maximo frequenter dictantis & scribentium tædio? Quin propterea explicationi quidquam accedat commodi, quippe quæ ex compendariis scriptis præclarior esse deberet, & diffusior, quam ex Auctore, qui excurrere in particularia facilius, legi commodius, & diduci ob temporis sumtum longius potest. Quis autem is Auctor erit, qui cujuscumque docentis genio satisfaciatur? hoc enimvero determinare arduum maxime est; nemo enim omnia, nec omnia optime, nec optima clare. Sectæ si quis Philosophus cuidam addictus est, huic invenire Auctorem facillimum erit; immo nec ferendum, ut hujus generis homines inutili denuo labore consarcinent, quæ centies typis edita leguntur. Sectæ autem studium veritati esse inimicissimum, in logica dicemus; proinde Auctor prælegendus, qui omni partium studio rejecto, quod in rebus naturalibus facile est, uni veritati litat: in quibus abundat, fallit, aut singulariter cogitat, ea a prælegente facile omittuntur, corriguntur, aut peculiari scripto, si opus est, emendantur.

§. 4. Nisi autem omnia hæc concederentur, sola discipulorum utilitas sufficeret, quo minus Philosophia in scripta redigatur; Non enim, ut alias existimatur, scribendo student, quod materia ipsis potissimum peregrina sit. Inde etiam fit, ut satis incorrecte, quæ dictantur, excipiant: exceptis difficulter studeant, & laboris scribendi pertæsi languidius explicantem Magistrum adtendant. Accidit quoque, ut qua demum cumque de causa lectionem haut frequentent; & quæ inibi dictata sunt, vel omnino non, vel satis superficialiter compleant. Modo queruntur calami, atramenti modo defectum, ut luridæ scriptionis vel ipsi pertæsi, cum fine anni Scholastici scripta quoque leviter negligant. Physica potissimum, si prout decet, exponitur, scriptionis omnis impatientis est. Quis enim obligabit Præceptorem, demonstrationes geo-  
me-

metricas omnes delineare, omnis generis machinas calamo conficere? qui id valebunt discipuli? omnia imaginandi vi relinquere, res est aleis plenissima: sæpe deficit instrumentorum apparatus: ni igitur æneis figuris ex Auctore exhibeantur, de fructu omni pene desperandum est. Accedit temporis compendium, ut Professore diffuso sermone perorantem audire queant, qui frequenter pro re nata in varias excurrere materias poterit, quæ nexum habere cum re proposita videbuntur. Nemo credit, quantum inde utilitas in discipulos redundet, qui plerumque rudes & cerebro omni materiarum genere, quæ in usum humanum quidquam conferunt, vacuo ad studium Philosophiæ illotis quasi manibus adscendunt. Unde quoque optandum foret, ut Magister sæpius familiariter cum discipulis conversetur, & quæ generalibus principiis in Schola statuit, ea deambulando v. g. ad facta singularia civilia, œconomica, theologica & politica applicet; inde enim, quin advertant discipuli, clanculum intellectus varij generis notionibus induitur, aptioresque evadunt, ut sermo humana conversatione dignus coram ipsis instituatur, & ipsimet eundem prosequi fructu tota vita maximo valeant.

§. 5. Si igitur, quæ optima sunt, præ aliis eligi debent calamo Philosophiam non esse dictandam, sed ex Auctore prælegendam suadet compendium temporis, quod inde nobis sceneramur (§. 2.) commodum Magistri, quod inde nanciscitur (§. 3.) & summa discipulorum utilitas. (§. 4.) Modus igitur prælegendi in docendo optimus haberi debet. (§. 1.)

## Historia Philosophica.

§. 6. **O**mnium Philosophiæ partium prima exordium ducat Usus historiarum Philosophicarum  
 Historia Philosophica, ut sciat Philosophus avos suos & Philosophiæ parentes, quibus & primordia scientiæ suæ & incrementa debet. Sola hujus lectione turpe præjudicium Auctoritatis discipulorum animis eximitur, ut uni Philoso-